

Cambridge University Press

978-1-108-04919-1 - Memorials of Saint Dunstan: Archbishop of Canterbury

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

---

---

VITA ET MIRACULA  
S. DUNSTANI.

---

32741.

A

Cambridge University Press

978-1-108-04919-1 - Memorials of Saint Dunstan: Archbishop of Canterbury

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

---

Cambridge University Press

978-1-108-04919-1 - Memorials of Saint Dunstan: Archbishop of Canterbury

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

I.

S A N C T I D U N S T A N I V I T A  
A U C T O R E B.

---

INCIPIT PROLOGUS DE VITA VEL CONVERSATIONE ALMI  
CONFESSORIS DUNSTANI.<sup>1</sup>

Perprudenti domino archonti ALBRICO,<sup>2</sup> omnium ex-  
timus sacerdotum B. vilisque Saxonum indigena, alta  
polorum gaudia.

The writer  
dedicates  
his work to  
archbishop  
Elfric.

1. Te quidem, pastor præcelse, ob enormitatem di-  
vulgatae peritiæ, perque magnificam, placidam, privi-  
legii dignitatem, ad insuperabilem mihi tutionem<sup>3</sup>  
cæteros quosque, quamvis sint doctrina perspicui, ex-  
cipienda secernam; qui, quodam luculento compe-  
tentis facundiæ calamo, decentis æditui, almi scilicet  
Dunstani, merita monumenta protelare conarer, ni in-  
coepta gloriosæ vitæ ipsius procemia<sup>4</sup> omnemque hujus  
opusculi diffinitionem degeneri vitiorum stilo, ut cernis,  
attaminando feedarem. Quapropter primus præ cæteris  
hujuscemodi dedecus patula protestatione tuæ sereniti-  
tati profiteor, meque adeo more aligerorum, qui se  
priusquam professionis vocem emitant, alarum plausi-  
bus flagellare videntur, propriis verborum verberibus,  
tuis provolutus genibus, exonerans affigo; eotenus,  
inquam, ut quicquid hac in editione contra orthographiæ

<sup>1</sup> The text is from the Arras MS. 1029 (A.). The collations are from the Cotton MS. Cleopatra B. 13 (B.), which omits the Prologue.

<sup>2</sup> Elfric, archbishop of Canterbury, 995–1006.

<sup>3</sup> *tutionem*] *tutiorem*, A.

<sup>4</sup> *procemia*] *præmia*, A.

He begs the archbishop to correct his grammatical errors, and deprecates harsh criticism.

He will do what he can in praise of his subject; in mingled prose and verse.

normam compositoris vitio usurpatum repereris, imperiali potentia abradere, ac ploranti pinnicula profluentis incausti in melius ab errore<sup>1</sup> reformatum emendare præcipias. Quinetiam utriusque ordinis in utroque sexu sagaces, hanc quoque tenuem nostri libelli segetem litterarum pedibus transmeantes, toto cordis intuitu tuoque potitus suffragio, itidem facere permoneo; astu tamen ne rari germinis seminaria ponderosis pedibus incaute calcantes deprimant, neu interea, dum in annona depressa peritura olera penitus extirpare nituntur, justa potius plantaria cum malis pariter, secanti intercepta sarculo, eradicando præcidant; sed execrabilia hujus superficie lolia, quodam levi conamine passim per locorum spatia neglegenter respersa fundotenus<sup>2</sup> explodant. Si hæc mihi affectanti precaria quisunque e nebulosorum corculis concedenda persentio, satis gratiosa beneficia rependenda depromo; sin autem invidis æmolorum abdicamentis refutata tempnuntur, ignoratur utique quid satius inceptem quam ut propria falcicula, licet sit scabrosa, mutilatione tenuatim obducta, propriam messem sudati laboris pro posse virium piare procedam; si tamen quodam demonstranti digitulo corrigentis indicetur qua parte locorum inserta vitiabilis campi vituperia provocatus incidam. Ergo quoniam causa inscitiae<sup>3</sup> id fieri quod volo nequibit, sed id tandem quod queo velle compellor. Hoc siquidem ut optatam prælocuti theologi mentionem quam lerido facilitatis eulogio, vel si possem singula summorum rimatum capitella omnemque proceram hujuscæ texturæ seriem, crisidino schemate ac biformi renitentis electri colore gemmatim disserere gestiebam, nunc saltem satirica fatuitate gressuque lapsanti quasi minus sapiens vacillando incedam. Melius tamen tantæ vitæ venustatem idoneis compositoribus, ni beati antistitis imminentem iram pertimescam, conscribendam reservo; quia non summe profitente quo-

<sup>1</sup> errore] errare, A.

<sup>2</sup> fundotenus] fundentesnus, A.

<sup>3</sup> inscitiae] insithiæ, A.

Cambridge University Press

978-1-108-04919-1 - Memorials of Saint Dunstan: Archbishop of Canterbury

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

AUCTORE B.

5

quam in hujus cosmi situ præstantior, ast personis omnibus divo carens dogmate despectior. Nam e prudenteribus neminem liberali eruditum ingenio propemodum pernoscis, qui tam deformi facundia in scribendis prologis ut ego, videatur abuti. Has tamen sequentes paginulas, parvo capacitatis fomite utcunque compositas, fidissima fidelium attestatione purgabo, si qua propria temeritate effigiata insignia in his me conseruisse diffidas; nisi forte quæ vel videndo vel audiendo, licet intellectu torpenti, ab ipso didiceram, vel etiam ex ejus alumnis, quos a tenella juventutis aetate ad viros usque perfectos, doctrinarum pabulis decenter instructos, ipse met educando deduxit. Acceptes, obsecro, sola septus connexione caritatis, horum apicellorum tenuem congeriem, vix ebinina titulatione styloque fuscanti concretam, contra omnes invisorios æmulos invicta propugnatione tuendam, non favoreo deditam rumusculo, sed tuæ specialiter sublimitati collatam. In hac quippe litterali planicie, mentem magis spontaneam ambientis, quam agrestem<sup>1</sup> componentis ignaviam explorare deponco; teque sine tuæ offensionis molestia, moneo tanti patris virtutibus informari, exemplis ejus instrui, moribus muniri, disciplinis justificari, ut cuius extitisti successor in terris, ejus merearlis perennis esse consessor in cœlis, largiente Domino nostro Jesu Christo, Qui cum coæterno Patre Sanctoque Spiritu vivit et regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

He apologizes for his prologue; and will make corrections; except in the matters derived directly from the saint or his pupils.

INCIPIT VITA SANCTI DONSTANNI ARCHIEPISCOPI.<sup>2</sup>

2. Cum multorum temporum a vero cultu Christianæ religionis vacua<sup>3</sup> transissent curricula, quibus vetusto heathen. errori ritu gentilitatis gens Anglorum magis quam Christo Creatori cunctorum mancipari decernebat, misericors Dominus, ne factura Sua laqueis inretita diaboli-

<sup>1</sup> *agrestem*] egrestem, A.

commemorationis beati scilicet Dunstani archipræsulis, B.

<sup>2</sup> *sancti . . . archiepiscopi*] sacrae

<sup>3</sup> *vacua*] om. B.

Cambridge University Press

978-1-108-04919-1 - Memorials of Saint Dunstan: Archbishop of Canterbury

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

They were converted by Augustine and others,

under the influence of good kings and other rulers.

Of these Athelstan was one,

in whose time Dunstan was born.

cis in æternum dampnata periret, salutis æternæ remedium ejusdem cæcitati prospexit, ac venerandum patrem Augustinum, a beato papa electum Gregorio, ad hujus partes patriæ miseratus destinavit; qui sagaci mentis ingenio hæredem sociaret inde conversam plebem fidelium beato contubernio Angelorum. Mox igitur ut vir Dei inter insciæ nationis vepres sulcum saluberrimæ doctrinæ vomeremque Dei visitationis infixit, et triticeum Sanctæ Trinitatis semen inseruit, sic vipereum pereuntis lolii germen ab hac exstirpavit, ut ulterius dumosi ruris rudera in ea pullulare prohiberet, et dignos Deo pœnitentiæ fructus documento pariter et exemplo debere offerri demonstraret. Itaque qui ante eum spreverat credidit universus Albionum populus Domino, et adjunctus est per veræ fidei agnitionem Deo suo. Hic autem sine Cujus sollicitudine parvi non succumbunt passeres, curam optimæ provectionis ob suæ statum conditionis ipsi deinceps adhibuit. Elegit namque venturis ad Se<sup>1</sup> exinde<sup>2</sup> nutritios liberis, reges, pontifices, duces, decanos, præpositos, cæterosque Ecclesiæ Suea rectores, qui post emensa singulorum spatia gregem Deo renatum sub pacis custodia regerent cum justitia.

3. Inter hos præcipuos regiæ prælationis viros, quem Christianissimi et orthodoxi multi regnando præcesserant, quorum nunc nomina difficultas non sinit rimare per singula, gloriosus rex<sup>3</sup> Æthelstanus annis succedentibus est rex Anglorum adnumeratus. Hujus igitur imperii temporibus oritur puer strenuus in Westsaxonum finibus, cuius pater Heorstanus, mater vero Cynethrydis<sup>4</sup> vocatur. Quem pii parentes sacri baptismatis undis renatum Dunstanum vocaverunt. Crevit itaque puer et effectus est tam Deo quam hominibus carus. Erat autem quædam regalis in confinijs ejusdem præfati viri

<sup>1</sup> *venturis ad Se*] om. B.

<sup>2</sup> *exinde*] ex, B.

<sup>3</sup> *rex*] om. B.

<sup>4</sup> *Cynethrydis*] Cynethryth, B.

Cambridge University Press

978-1-108-04919-1 - Memorials of Saint Dunstan: Archbishop of Canterbury

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

AUCTORE B.

7

insula, antiquo vicinorum vocabulo Glæstonia nuncupata, Description of Glastonbury. latis locorum dimensa sinibus, piscosis aquis stagnis- que circumducta fluminibus, et plurimis humanæ indi- gentiæ apta usibus, atque sacris, quod maximum est, Dei dicata muneribus. In ea siquidem ipsius loca primi catholicæ legis neophitæ antiquam Deo dictante reppe- rerunt æcclesiam, nulla hominum arte<sup>1</sup> constructam, immo humanæ saluti cœlitus paratam; quam postmo- dum Ipse cœlorum fabricator multis miraculorum gestis multisque misteriorum virtutibus,<sup>2</sup> hanc<sup>3</sup> Sibi sanctæ que genitrici Suæ<sup>4</sup> Mariæ consecratam fore demonstravit. The churches built there to S. Mary and S. Peter. Huic etiam aliud addiderunt opere<sup>5</sup> lapideo<sup>6</sup> oratorium, quod Christo ejusque Sancto Petro apostolo dedicave- runt. Porro dehinc universorum circumquaque fidelium frequentia colebat, et jam dictæ pretiosum insulæ humili- liter locum frequentabat. Contigit ergo hujuscemodi causis prædictum virum Heorstanum comitante secum beato puero Dunstano transire Glestoniam, et cum inibi causa orationis pernoctarent, ecce suavissimi soporis felicem obtexit pausatio puerum,<sup>7</sup> vidiisque mentis ex- cessu quendam senem niveo candore vestitum<sup>8</sup> per amœna se sacri templi atria<sup>9</sup> ducentem, ac monastica ædificia, quæ post per ejus pastoratum ædificanda fue- rant, demonstrantem eo ordine quo nunc statuta refe- runtur fuisse.<sup>10</sup>

4. Postea vero religiosi pueri Dunstani<sup>11</sup> parentes sa- Dunstan's progress in cris eum litterarum otii contulerunt studentem, cui con- learning. festim Dominus tantam in his largitatis Suæ conferre dignatus est gratiam, ut coætaneos quosque præcelleret, et suorum tempora studiorum faciliter transiliret.

<sup>1</sup> *arte*] ut ferunt, ins. B. in marg.  
<sup>2</sup> *misteriorum virtutibus*] virtutum misteriis, B.  
<sup>3</sup> *hanc*] om. B.  
<sup>4</sup> *Suæ*] Dei, B.  
<sup>5</sup> *opere*] altered to *operes*, A.

<sup>6</sup> *lapideo*] altered to *lapideos*, A.  
<sup>7</sup> *pausatio puerum*] tr. B.  
<sup>8</sup> *niveo . . vestitum*] tr. B.  
<sup>9</sup> *atria*] pavimenta, B.  
<sup>10</sup> *fuisse*] fore, B.  
<sup>11</sup> *Dunstani*] om. B.

Dunstan  
falls sick of  
a fever:

Sed quod contulerat sibi signum summa Majestas  
In studiis ipsis parvo pro posse patebo.  
Contigit hunc laborare diu nam febribus artis,  
In tantum ut frenesis morbum pateretur amarum,  
Inmemor atque sui per deliramenta nugarum,  
Plurima verborum vacua jactasset ab ore.  
Cladibus his fessus, committitur et mulieri  
Cuidam, quæ tenero tunc suppeditaret alumpno,  
Et curam gereret sub ea ne peste periret.  
At memorata lues puerum superaucta premebat,  
Ut velut exanimis jacisset ad ultima stratus,  
Omnibus et membris fieret quasi jam moriturus.  
Cumque diu sic mole mali gravaretur operti,  
Ecce repente movens abiit, propereque resurgit,  
Fustem ac surculeum rapuit tunc forte repertum;  
Quocum percutiens ambabus partibus auras,  
A canibus rabidis quasi se defenderet, ibat.  
Sic quoque nocte ferunt ut ad usque peribula templi  
Solivagus properaret, et inde veniret ad altos  
Ascensus graduum, quo scandere summa solebant  
Artifices operum, qui cum discriminé grandi  
Ipsius, heu! timidi texere cacumina templi.  
Illic ut validus summam concendit in arcem,  
Et nimis incaute super hac stetit atque meavit.  
Sed Domini pietas rapuit de fastigiorum  
Casibus insontem; ponens quoque inde deorsum  
Incolumem membris salvum, sanumque locatum  
Intus in hoc eodem templum, de culmine vexum,  
Quo duo custodes pariter de more cubabant,  
Ut simul inter eos pausaret tertius ille.  
Ipse tamen nescivit qua ratione veniret  
Excogitare modum, vivensve sub æthere quisquam.  
Ostia nam templi nulli patuere meanti,  
Arcuit ast eadem ferrum sub cortice durum.  
Optime nunc lector, celeri sermone fatere  
Quid tibi veridico videatur in hoc pusione:  
Si talem dubites superum concendere templum,

he is deli-  
rious, and  
then insen-  
sible.

He rises  
from his bed,  
takes a stick,  
and climbs  
to the roof  
of the  
church.

He descends  
in safety,  
and lies  
down be-  
tween the  
two keepers  
inside the  
church.

Cambridge University Press

978-1-108-04919-1 - Memorials of Saint Dunstan: Archbishop of Canterbury

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

AUCTORE B.

9

Qui hic clausis foribus pro salvatione ruinæ  
 Conditur in templo, ut redimat de labe maligna  
 Postea perplures et mittat ad æthera turmas,  
 Dogmata distribuens necnon exempla relinquens :  
 Exsurgat patiens humilis ruat atque superbus.

Nam<sup>1</sup> quanto erat crescendo sublimior, tanto acuita-

Mystical  
meaning of  
this miracle.

<sup>1</sup> *Sed quod . . Nam]* Instead of these verses, MS. B. reads the following, in which the rhythm of a sequence may be easily detected: “Eo autem hoc modo de virtute in virtutem proficiente, in vexatione febrium quodam casu corruit repente. Quibus dum die nocteque in tantum torqueretur ut amarum frenesim morbum pati videretur, immemor sui per deliramenta nugarum, ore suo jactavit inania verborum. Postremo vero cladibus his per teneros artus diutissime fatigatus, cuidam mulieri jussu parentum est commendatus, ut omni sagacitatis sollertia prævideret, sub ea ne peste periret. Iterum autem memorata lue eo modo adgravabatur, ut ad ultima velut exanimis prostratus jacuisse monstraretur, et resoluta membra brorum compage, quasi jam moreretur. Deinde vero, ac si numquam quisquam mali perpessus, propere exsurgens, et fustem quem forte repperit arripiens, per montes et valles vagando discurrebat, et quasi a rabidis canibus se defenderet ibat. Subsequenti ergo nocte, ut ferunt, ad usque templi peribula errando properavit ac ad altos ascensus graduum solivagus pervenit, quo operarii scandere solebant, qui tunc cum ingenti periculo cacumina templi tegebant. Nihil denique quid ageret in se reversus, summam tecti arem concendit intrepidus,

“ et nimis incaute super illam stetit, ac magno sub discrimine hac iliacque cursitavit. Haud enim Miseratoris omnium cœlestis ei deerat solatium, a Cujus laude numquam ejus cessaverat organum; sed ita sanum observavit illum et incoludem ut nec pedis offendiculum faceret ad lapidem. Eodem in templo superna disponente clementia deponitur, et inter geminos custodes, ubi solito more cubabant, collocatur, ut dulci paulisper recrearet membra sopore; que diu fatigata fuerant labore. Exsurgens autem post momenti spatium ammirari admodum una cum custodibus cœperat, quo pacto quove ingenio introierat; cernens etiam quod quodque templi ostium clausum munitione extiterat.

“ Acta quidem hæc postremum divino nutu agnovit, et omnipotenter Dominum, Qui sic eum a tanta tribulatione liberarat, collaudare et glorificare non distulit, sciens se tanto feliciorem interius, quanto durius puniretur exterius. Porro tanquam aurum in fornace probat Dominus electos, ut quasi holocausta hostiae accipiat illos. Beatus autem qui suffert temptationem, quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Non quidem mirandum est si Dominus ardore dumtaxat febrium beatum Dunstanum temptare per miserit, cum justissimum Job qui

Cambridge University Press

978-1-108-04919-1 - Memorials of Saint Dunstan: Archbishop of Canterbury

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)Dunstan  
grows in  
wisdom.

tis ingenio locupletior; quantoque<sup>1</sup> roticulis annorum maturior, tanto Dei dilectione ferventior; quanto vero<sup>2</sup> in divinis laudibus assuetior, tanto perseveranti animo<sup>3</sup> instantior.

He takes the  
tonsure at  
Glastonbury  
and serves  
in the  
church of  
S. Mary.His various  
studies.Irish pil-  
grims at  
Glaston-  
bury.

5. Videntes itaque parentes prænominati tantam sui excellentiam filii, dignam sibi clericatus inposuere tonsuram officii inque famoso Glestoniensis æcclesiæ socialiterunt coenobio; quatenus ibidem die noctuque Deo Deique genitrici deserviret Mariæ tempore continuo. Jamque disciplinis innexus Deificis floentes suæ pubertatis annos evicta juventute calcavit; et justus in domo Dei sui, sicut cedrus Libani, vigoribus virtutum floruit; inque divinis plantatus atriis incrementi sui robora singulis diebus protendebat ad sidera. Interea tam magna suæ constantiæ fama regis in palatio patuit, ut longe lateque magnificis rerum laudabilium divulgaretur indiciis. Non autem hujus mundi vanos captabat favores, sed copiis virtutum præventus illam æterni Regis gloriam ab intus gestabat, quam sibi polleens sapientia docto digito donorum spiritualium, varietate etiam studiorum, necne gemmante nitore aureorum ornatuum, dictavit. Nam multa sacrorum et divinorum<sup>4</sup> volumnum prata, velut apis ingeniosa sic<sup>5</sup> rapido cursu capacis ingenii pervalavit, ut mentem potius quam corpus divinis reficeret lectionibus, et receptaculum casti pectusculi, Sancti Spiritus flatu perfusum, gustu nectareo devote suppleret sensum.<sup>6</sup> Porro Hibernensium peregrini locum, quem dixi,<sup>7</sup> Glestoniæ, sicut et cæteræ fidelium turbæ, magno colebant affectu, et maxime ob Beati Patricii junioris<sup>8</sup> honorem, qui faustus

“ nec labiis suis peccavit, tot tor-  
“ mentorum generibus fatigari con-  
“ senserit. Beatus itaque ado-  
“ lesrens . . . ”

<sup>1</sup> *quantoque*] quanto vero, B.

<sup>2</sup> *quanto vero*] quanto autem, B.

<sup>3</sup> *perseveranti animo*] perseverantia nimia, B.

<sup>4</sup> *et divinorum*] om. B.

<sup>5</sup> *sic*] om. B.

<sup>6</sup> *sensum*] serenum, B.

<sup>7</sup> *quem dixi*] prædictum, B.

<sup>8</sup> *junioris*] senioris, B.